

- TEXTE : *Fabellae Lusoriae – Rana et Bos* -

John Kevin Newman, Professeur de Latin à l'Université de l'Illinois

Rana et Bos, Narratores et Ranunculi

- B Bos ego sum, per prata deambulo.
- R Rana ego sum, per stagna lateo.
- B Mugire ego possum, omnes me audient.
- R Strepere ego possum, omnes ut vigilent.
- B Ego sum maximus, animal gravius.
- R Ego sum minima, animal levius.
- B Ego sum herbis aptus edendis.
- R Ego sum muscis apta capiendis.
- B Sunt mihi infantes, vocantur vitelli.
- R Sunt mihi infantes, vocantur ranunculi.

* * *

- N1 Ego narrator, rem narro horridam.
- N2 Rana explosa est, causam perpoliam.
- N1 Ecce ranunculi subito veniunt.
- N2 Ecce ranunculi subito garriunt.
- RL Mater, matercula, animal vidimus . . .
- R Quod animal? Dicite!

RL Bos erat maximus.

- Tu, mater, non potes istum aequare!
- R Ego aequabo, sinite flare.
 - N1 Et tum se inflabat rana stultissima,
 - N2 Tandem explosa est, res heu tristissima.
 - N1 Hoc moneo te, si non es maximus,
 - N2 Contentus resta. Tibi est melius.

